

PALAESTRA LATINA

S u m m a r i u m

Iterum ad Palaestram
(J. Jiménez).

Laudes in Hispanos Martyres
(M. López).

Quaestiones Litterariae
(G. Cabello).

Palaestra Exercitoria
(Palaesticus).

Ephelorum Exercitationes
Conloquia in Schola
(J. Jiménez),

Mirifica Portenta
(L. Marcos).

Bibliographia
Jiménez, A. Sanz, A. Argentoratus).

Lectorum Voces, in operculis

LECTORUM VOCES

Quid de "PALAESTRA LATINA" lectores senserint
et conscriptores hic habes:

LUDOVICUS SEGALA in Universitate Barcinonensi Prof.:

«Tibi, tuis collegis ob «Palaestram Latinam» ferventer gratulor, quae cum «Alma Roma» conferre potest quaeque praestantissimum locum in classicarum litterarum ambitu adipiscetur.»

ANTONIUS REIXACH in Seminario Vicensi Prof.:

«Nihil tibi dicam de tua «Palaestra» quam omnes norunt et laudant peritia, concinnitate, doctrina, amoenitate, adulescentulorum utilitate.»

ANDREAS HABERL S. V. D., apud Aquas Driburgenses in Germania Profesor:

«Opus magnum suscepisti et plenum laboris, sed dignum immortalitatis.»

CAROLUS PAGOT Litt. Latinarum Lutetiae Prof.:

«Il existe revues écrites en Latin. En voici une: La «Palaestra Latina». Elle contient des dialogues, des observations sur des jeux, des remarques grammaticales, des poésies. Des semblables publications devraient se multiplier. Elles pourraient se répandre dans le monde entier.»

JOSEPHUS FORNARI «Almae Romae» Clmus. Moderator:

«Dubium non est quin ambabus manibus incepui nos plaudamus, qui ad ea ipsa proposita tot jam annos intendimus, sudavimus, alsimus; qui que laboris socium—et cur non?—signiferum, novum commentarium invenerimus.»

GEORGIUS LURZ, ephemeridis Monacensis «Societas Latina» Moderator:

«Libenter mitto ephemeridis nostra fasciculos. «Palaestra Latina» vestra mihi non ignota est. Eam maximi aestimo; saepe lego et gaudeo.»

JOSEFUS LLOBERA, S. J. Litt. Lat. Prof. et scriptor illustris:

«Deseos de ayudar a Vds. en su meritísima labor ciertamente no me faltan, pues años ha lamentaba ya la falta en España de una revista que, como «Palaestra Latina», avivase entre nosotros el fuego sagrado del estudio del latín.»

ANTONIUS GRIERA in Seminario Barcinonensi Prof.:

«Palaestram Latinam» singulis mensibus accipio atque non possum quin tibi gratuler ob dexteritatem et ingenium quod in edendo hoc commentario elucet, qui sine dubitatione, Philologiae Classicae praeconusum in Hispania erit.»

JERONIMUS CORDOBENSIS Sch. P. Prof. emeritus:

«He recibido «Palaestra Latina»; por lo que ya he leído veo que es de un gran mérito y ya con ella tengo donde estudiar mucho y aprender no poco, y por ello me alegro y se lo agradezco muy mucho.»

ISIDORUS RODRIGUEZ, O. F. M., in Collegio Cehegin Litt. Lat. Prof.:

«A la verdad, conozco «Alma Roma» y «Palaestra» me parece superior a aquélla.»

PALAESTRA LATINA ...

Scholaris de Latinitate
commentarius Caesaraugustae
alternis mensibus editus.

IBERIA
MAGNA
PARENTE
VIRVM
SALVE



F R A N C O

SVMMO - HISPANIAE DUCI
COMMVNISTARVM - INDEFESSO - PROFLIGATORI
HUMANIQUE - CVLTVS - PROPVGNATORI
TRIVMPVS - ET - IMPERIVM

A. III - TRIVMPHALI
PALAESTRA - LATINA
D. D. D.

ITERUM AD PALAESTRAM!



PALAEASTRA LATINA, quae octo abhinc annis fores suas viris studiosis pandebat omnibus pervia, quaeque auspiciis undique secundis, politiores in dies Latinitatis magistros tum ex seminariis tum ex lyceis seu gymnasiis frequentiores ac ferventiores juvenes ad se properantes videbat, cum pede jam certo signabat humum, magna perditorum ac sceleratorum hominum turba exagitata demun magno fragore ingentique caede expugnata, diruta ac paene deleta est.

Etenim, si iisdem verbis uti liceret, quibus propheticō quodam instinctu decessor noster carissimus et desideratissimus usus fuerat, dicrem nos «*aprorum et taurorum incursionem passos esse, qui cornibus suis omnia impeterent, sive divina sive humana jura. Nostine eos? ex latebris sectae massonicae in gubernium ascenderunt atque inde perdere nos omnes voluerunt, qui vestigia Christi sectabamur.*

Longius quam adfectabant iter fecerunt. Ideoque communistarum facinora adeo sunt aperia, adeo nefanda sunt, ut nemo sit tam stultus qui non videat, nemo tam improbus, qui non fateatur ac vehementer detestetur.

Sed quid plura? Ipse piissimus et sauvissimus Emmanuel Jovaeus, o vere lugendum fatum!, hujus PALAESTRAE LATINAE institutor ac moderator clmus, summaque humanitate praeditus, magnis vexatus suppliciis, capite pro Christo damnatus est primis jam perturbationum diebus. Ita saltem probatissima referunt testimonia, de quibus nec dubitare posse videtur; praesertim cum ubique terrarum notissima sint quae, quantaque scelera illi taeterrimi et insani homines, ultra quam credi possit, immanitate dira patraverint.

Statueram igitur hujus commentarii institutoris memoriam recolere, eidemque integrum hunc primum fasciculum dicare. Nolui tamen, quia tantae cladi dare fidem nescio, donec plenissime confirmatam reppererim.

Itaque mentem ab his revocemus, quae post hominum memoriam nullibi configerunt. Quis enim tantam cladem,

.....*quis funera fando*

explicet, aut possit lacrimis aequare labores?

.....*Crudelis ubique*

luctus, ubique pavor et plurima noctis imago.

(Aen. II. 360 et seq).

Attamen magnum solatium est nobis quod agri fere totius Hispaniae martyrum floribus colluceant.

Jam vero e congerie ruinarum a nefariis et perditis communis
cum ulatarum PALAESTRAM LATINAM mirabiliter germinasse dixeris;
et quamvis, tuba micante, ad palaestram armorum trahamur, potius
quam ad litterarum palaestram: attamen panditur quoque litteris candidae
via pacis,

Quae aluit vites et succos condidit uvae.

(*Tib. I. 10. 47.*)

Quibus pateat PALAESTRA

Cum propositum nostrum nihil aliud sit quam gladios sociorum et
epheborum quasi in palaestra quadam exacuere, Hispaniasque aquilas
et Romanas, expansis alis, per orbem terrarum victrices deportare, huc
accedere possunt *doctores*, qui in Academiis abdita rerum et verborum
tradunt, ut scientificis lucubrationibus ingenium juvenum acuant exci-
tentque.

Accedant quoque *magistri*, qui in litteris Latinis haud parum versati,
nusquam tamen hujusce artis per scriptionem exercendae reperiebant
locum.

Accedant denique et *pueri*, qui in litteris Latinis jugi studio infor-
mantur. Ipsi enim «*exercitoria Palaestra*» scripta est. Ibi exercitationes
scholares—narratiunculas videlicet, conloquia, sententias aliaque id
genus—unicuique gymnasiorum aulae accomodatas reperient.

Te sancte sequemur

Ergo, Palaestrii humanissimi, qui tam iteratis precibus rogasti ut ad
«Palaestram» iterum conveniremus, habetis jam commentarium vestrum
et publicum praecconium.

Nunc vero conamini ut, excusso mentis torpore, apte decertando,
virium magnitudo augeatur.

Jovaeus noster, «aethere missus ab alto, ora sua ad nos admovere
videtur, atque, suasione ut magister, imperio ut dux, haec ad nos pro-
ferre verba:

.....*solvite vela citi;*
.....*corpora nudate invictae praedura palaestrae.*
Festinare fugam tortosque incidere funes.

(*Aen. IV. 574 et seq. Cf. Georg. II. 581.*)

Verba igitur magistri dulcissimi et rectoris sapientissimi lex nobis
sunto, atque ipsius memoriam ad mentem revocantes clamemus magnis
lateribus: «*te igitur sequemur sancte quocumque ieris, imperioque tuo
iterum et semper parebimus ovantes.*» Tu vero, decessor et moderator
adsis o, placidusque juves et sidera caelo dextra feras.

(*Aen. IV. 577.*)

J. M. JIMÉNEZ DELGADO, C. M. F.

Alabonae apud Caesaraugustam Kal. Dec.

Laudes in Hispanos Martyres

Te martyrum candidatus laudat exercitus

Jubili cantus resonat per orbem
Cominovens gentes populosque cunctos;
Nobilem palmam celebrat triumphi
Sanguine scripti.

Surgit Hispani furibundus hostis,
Barbarus tortor cupide peroptans
Civium vitas Domino dicatas
Tollere ferro.

Labitur caelis agitatus imber,
Sanguis Hispanus quoque copiosus
Cordibus vires animisque donat
Nobilitatem.

Ulla nec ira aut rabies cruenta
Fugit e terra sine laude Fratrum;
Martyrum semper numerum procella
Grandinis auget.

Barbari crebo penetrant furentes
In domos jeheu! equidem verendas:
Sanguinem quaerunt, facinus nefandum!
Fundere multum.

Longa vos cepit validos cicatrix,
Horridus cordi cruciatus haesit;
Carceres autem requies fuerunt
Maxima vobis.

Non gravis carcer neque passiones
Militum fortem animan movebunt;
Ardor internus faciet potentes
Robore magno

Perfidus quamvis gladius, sacratum
Martyris clari caput amputarit,
Caelitum Princeps decorabit illud
Stemmata pulcro.

Dona laetantes pretiosa fertis,
Victimas sacras hodie offerendas;
Cernitis Christum tenere loquentem
Et morientem!

Agmen invictum tunicis decoris
Obviam Regi properanter ibit,
Splendidas Miles Domino coronas
Offeret auri

Vincit et Christus sobolem superbam,
Regnat et Christus, Dominus Supremus,
Imperat Christus, repetunt cadentes,
Victor ubique.

Millies laudis meritum canamus
Fratribus caris hodie poema,
Purpuratum Agmen, modulemur omnes,
Vivat in aevum.

Ite jam laeti, properate, Testes,
Palma jam ridet, diadema fulget,
Angeli frontem veniunt ovantes
Cingere vestram.

Prosperam semper sine labe vitam,
Omnibus sanctam sine clade mortem.
Caelites fratres, hodie precamur
Voce potenti.

MACARIUS LOPEZ DE ZUBIRIA, C. M. F.

QUAESTIONES LITTERARIAE

Placitum est mihi, nulla audacia permoto neque ullo vano desiderio rapto sed disciplinae studio et labore instructo atque veritatis amore persuaso, tum alumnis tum professoribus pulcrarum litterarum pro suo ipsorum commodo, alias e precipuis litterariis quaestionebus, quae inter rhetores agitari solent afferre ac dedicare. Quaestiones istae, quas evolvendas suscipimus, didacticorum more potius quam oratorum, clariori quo possimus modo, in his "Palaestrae Latinae" columnis proponemus.

Nigil forte novi in eisdem lecturi reperient; asi earum lectione rerum fortasse nimium scitarum memoriam in me tem revocabunt.

Sit ergo prima questio, quam debita et dilucida declaratione expōnere decrevi, "De Epistula" in duos articulos divisa.

In primis "de epistula Latina in genere"; deinde "de epistula Latina poetica".

I. DE EPISTULA LATINA

ETYMOLOGICA ORIGO.— Epistula a graeco fonte exordium habet idemque est ac res ad aliquem missa vel cogens mandatum.

REALIS DEFINITIO. Epistula definiri posset: Quarumcumque idealium cogitationum, cognitionum, notitiarum, affectuum, desideriorumque in scriptis ad aliquem absentem vel quasi absentem transmisiō.

EXPLICATIO.— 1.^o Dicitur «Quarumcumque idearum, cogitationum etc.», quibus verbis materia epistularum declaratur. Quidquid aliis ostendere velimus, objectum epistulae materiale constituiere quiret.

2.^o «In scriptis» hisce vocabulis exprimitur medium quod adhibendum est, in epistula conficienda. Scriptura enim character eidem essentialis est; quare si nuntium viva voce, vr. gr. ingentibus clamoribus absenti deferramus, nullam conficiemus epistulam.

3.^o «Ad aliquem absentem» Ecce epistulae terminus ad quem. Personae igitur ad quas hujusmodi nuntium transmittitur, a nobis debent aliquatenus abesse. Ad praesentes uti tales, numquam epistulae mittuntur. Ideoque recte epistulam Libanius vocavit «congressum absentis cum absente».

4.^o «Vel quasi absentem». id est ad praesentes mitti epistulae possent quatenus cum eis non liceat vel sit impossibilis verbalis communicatio. Tunc personae quamquam sint adentes erunt quidem quasi absentes.

5.^o Transmissio, actus nempe, aliquid ad aliquem mittendi. Haec utique transmissio erit vera vel ficta dummodo absentis scripta communicatio deferatur necne; utcumque absens quandoque persona fingatur. Ex quo proveniunt epistulae dictae innominae quoniam ad nullum mittantur.

sed omnibus diriguntur ad fovendam artem, scientiam, moralitatem, quapropter communiter eruditae, scientificae, philosophicae, morales vocantur.

ALIA EPISTULARUM NOMINA. Prisci enim aliis quoque nominibus epistulas designabant, sic easdem vero, tabulas, tabellas, codicillos, missivas litteras vel tantum antonomastice «litteras» appellavere. «Litterae sunt, ait Beyerlenck, ob eminentiam dictae quia earum inter omnes litteras creberrimus sit usus»

Dicuntur praeterea «chartae» ita papyros Martialis epistulares chartas vocat, quod ante membranarum usum in dolatis codicillis epistularum colloquia scribebantur.

«Charta autem dicta, ait Sanctus Isidorus Hisp., quod carpim papyri tegmen decerptum glutinatur. Chartarum usum primum Aegyptus ministravit, coeptum apud Memphiticam urbem; Memphis namque civitas Aegyptiorum est, ubi chartae usus inventus est primum, sicut ait Lucas... Conficitur bibula Memphitis charta papyro. Bibulam autem papyrus dixit, quod humorem (ut atramentum) bibat».

QUAENAM INTER EPISTULAS ET LITTERAS. INTERCEDAT DISTINCTIO? Epistulas inter et litteras ex utrarumque descriptiva notione distinctio patebit. Sic passim ab auctoribus definiuntur.

EPISTULAE. Illa scripta epistulae vocantur quae de rebus plus minusve gravibus, sive litterariis, sive scientificis sive moralibus agunt, eosane consilio, ut mentes legentium artium principiis, scientiarumque assertis illustrent quamquam ad unam personam dirigantur, cum scribi multis, etiam persacpe ignotis, soleant.

LITTERAE autem dici possent universa scripta ad unam saepe notam personam directa quorum finis praecipuus quotidie evenientes quaestiones est solvere ac moderare; quorum scopus nec litterarius umquam fuit nec philosophicus; quorum res semper ordinariae fuere, quae animi scribentis crebro intimos sensus exprimunt, quaeque omnium ceterorum parvi intererunt, praeter illum cui rescribantur. Sic ideo Epistulae ex. gr. L. Senecae ad Lucilium verae sunt Epistulae, ut compendiosi philosophiae moralis quarundam quaestionum tractatus; Ciceronis autem Epistulae ad suos, quatenus familiares Litterae tantum erunt.

PISTULARUM PRAECIPUI LATINI SCRIPTORES. — Per pulchras litteras soluta oratione M. T. Cicero, C. Caesar, Plinius Junior, Libanius scripsere. Epistulas autem philosophicas unus Seneca exaravit. Mirandae omnique laude commendandae epistulae, sublimique referatae doctrina a Sanctis Latinis Patribus Cypriano, Hieronymo, Ambrosio, Augustino conscriptae sunt. Versibus vero litteras gratia et facilitate praestantes Ovidius Ausonius, S. Paulinus, praesertimque Horatius cujus duae verae sunt epistulæ, exaravere.

PISTULÆ PARTES. — Tres sunt præcipuae sive epistulae, sive litteræ partes videlicet. Prae loquium Corpus, et Epilogus Epistulae.

PRAELOQUIUM constituitur illorum nominibus qui remittit et ad quem mittitur epistula cum suorum declaratione titulorum, praesentium aut praeteritorum, munera vel publicorum officiorum quibus fungantur, ad sibi majorem auctoritatem ac reverentiam conciliandam. Sic solet præloquium exprimi.

— «Nomina et titulus remittentis...» Marcus, T. Cicero Proconsul...

— «Illi ad quem mittitur nomina et titulus...» Appio Pulchro Imperatori...

Uti vides praenomen, nomen et cognomen clare exprimuntur, omittitur vero aliquando praenomen aut ipsum et nomen litteris initialibus saepissime declarantur numquam tamen sic celatur cognomen. Titulis exercita dignitas publica et socialis ostenditur. Hujusmodi in epistulis expressae communiores dignitates et apud Tullium repertae hae fuerint nempe: Pontifex Maximus, Consul,

Consul Designatus, Proconsul, Imperator, Legatus, Tribunus Militum aut Plebis, Praetor, Propraetor Quaestor, Proquaestor, AEdilis Curulis Jurisconsultus, etc., etc. Libenter hi tituli quamvis veri, sibi invicem vanitatis et adulacionis gratia tribueruntur.

«Addebat tamen antiqui, scripsit Gesner, officiorum dignitatisque nonnumquam etiam majorum nomina ex. gr. M. T. Cicero Proc. C. Coelio L. F. C. N. id est Lucii Filio, Caii Nepoti; interdum dignitates quibus nondum insigniti erant, solebant exprimere, videlicet: Caldo Quaestori Desing. Epist. II - 19. Coelio Rufo AEdili Curuli Desing. II - 10. Appio Pulchro (ut spero) Censori. III - 11.

Denique et alterius nomen suo honoris causa praemittebant veluti: Arrio suo C. Caecil. Plinius. S. P. D. idque diu in vito positum esse novimus. Parasiticum enim videbatur nomen suum postponere ceu ostendunt E. Vinet. Ad Ausonium. Epist. 20 et Menag. Amoen. Jur. Civ. Cap. 23. pags. 124.»

SALUTATIO. — Proprium etiam præloquii elementum est quidem salutatio, quæ in fronte epistulae post nomina et titulos apponi hisce litteris solet, scilicet: S. — Salutem, vel S. D. — Salutem dat aut dicit vel S. P. D. — Salutem plurimam dat aut dicit.

Salutationis formulae a Latinis e Graecis depromptae et imitatae sunt. Sic Graeci olim loco salutis fere semper «jairein» — salvere, gaudere ponebant. Plato autem utebatur «eu prassein» — bene agere; Pythagoras «eu ygiánein» — bene valere vel bona frui valetudine, quam utique formulæ in «eu pásjein» — bene gerere. Epicurus commutavit.

OBSERVATIONES. 1.^o «Variant tamen subinde, recte observat Beyerlinck, ut exemplis constat Ambrosii et aliorum, qui ad aequales et inferiores scribendo eorum nomen plerumque postponunt: praeponunt si ad superiores scribunt.

2.^o Ponebantur autem nuda nomina nec blandientia aut laudantia nisi in Imperio forent aut magistratum verbo insinuabatur. At epitheta nulla nisi ad unice caros aut domesticos quos et «suos» appellabant.

GREGORIUS M. CABELLO, C. M. F.

(*Sequetur*)

PALAEASTRA EXERCITORIA

Scriptiunculas quae a magistris Linguae Latinae saepe saepius desiderantur, ut iis qui incerto adhuc pede per aulas Latinitatis incedunt, proponantur, eas vel conficerre proprio penu vel ex probatis auctoribus seligere curavi.

Ergo pro singulis gymnasii cursibus scriptionem hispanam et translationem lati-
nam proponere juvat; ita sane adulescentuli in Latina Lingua sese exercebunt et miro
facient progressus.

Harum scriptionum seu exercitationum argumentum varium erit; fabulae, narratio-
nes, sententiae, litterae, exercitia de re grammatical, frusta selecta, aenigmatica, ins-
criptiones cet., quae magistris et ephebis, ita credo, in deliciis erunt.

Vos igitur, adulescentes optimi, curate «ut latine, ut plane, ut ordinate, ut ad id,
quodcumque agetur, apte congruenterque dicatis». (Cic. de Orat. 3. 10.)

COMPOSITIONES VERTENDAE

Nulla r:s tantum ad dicendum proficit quantum scriptio.
(Cic. Brut. 37-24)


PRO ALUMNIS PRIMI CURSUS

1. Sententiae.

1. Multis lingua nocet, nocuere silentia nulli.
2. Audaces fortuna juvat, timidosque repellit.
3. Qualis rex, talis grex.
4. Labor omnia vincit improbus.
5. Multis ictibus dejicitur quercus.
6. Post cenam stabis vel passus mille meabis.
7. Ut sis nocte levis, sit cena brevis.
8. Cibi condimentum fames.
9. Adhuc sub judice lis est.
10. Errare humanum est.
11. Amicus Socrates, sed magis amica veritas.
12. Gutta cavat lapidem.
13. Non scholae, sed vitae discimus.

2. Respuesta de un soldado español.



Civil (guerra), intestinus, a, um; mu-
chísimos, plurimi, ae, a; visitar, visitare;
casualmente, forte; siglo, saeculum, i, n;
hazaña, facinus, oris, n; herido, laesus,
a, um; teniente, legatus, i, m; héroe,
heros, herōis; trozo, frustum, i, n; granada,
igniferus globus; se le había llevado,
evellerat < evelle; preguntar, interro-
gare; con la mayor naturalidad, maxima
cum simplicitate; responder, respondere;
para serviros, ut tibi morem geram.



En la guerra civil española del último siglo fueron muchísimos los soldados fa-
mosos por sus hazañas. Cierta día visitaba D. Carlos a los heridos de la memorable
batalla de «Pucheta» (en latín *déjese igual*). Casualmente encuentra un joven teniente:
es héroe de cuerpo entero (*integer, gra, grum*). Un trozo de granada se le había lle-
vado el brazo. El general le pregunta compasivo: «Qué tienes, muchacho?» Y el te-
niente responde con la mayor naturalidad: «Mi general, ahora tengo sólo un brazo
para serviros, ut tibi morem geram». ¡Respuesta digna de un héroe!

3. De Hispania patria nostra.

Celebrare, *enaltecer*; incola, ae, *habitante*; natura, ae, *naturaleza*; sollertia, ae, *habilidad*; clarus, a, um, *esclarecido*; domina, ae, *señora*; enim, *pues*; pristinus, a, um, *antiguo*; e barbarie, *de la barbarie*; revocare, *traer*; sed postea, *pero después*; fere, *casi*; ut, *como*; adversus, *contra*; nunc, *ahora*; submittere, *someter*.



Ama Hispaniam atque glorias Hispaniae celebra. Hispania enim est patria clara. Incolis Hispaniae natura vitam benignam et copiosam dat. Incolarum Hispaniae sollertia et industria magna est. Hispania litterarum et pugnarum gloria clara est. Hispania, Europae fuit domina et Americae matrona: Americam enim e barbarie ad humana vitam revocavit.

Sed postea Hispania ob injuriam fortunae fere serva fuit. Communistae enim voluerunt submittere Hispaniam Russiae et Hispaniam ut Russiae provinciam gubernare; sed incolae Hispaniae pugnam magnam sustinuerunt adversus communistas et nunc Hispania libera, pristinam renovat famam.

* * *

PRO ALUMNIS SECUNDI CURSUS

4. Pavo et Juno.

Pavo, onis, *pavo real*; luscinia, ae, *ruiseñor*; Juno, onis f. *Juno, esposa de Júpiter, señor de los dioses*; dictitare, *ir diciendo*; cur (adv.), *por qué*; quoque (adv.), *también*; lusciola dimin., *de luscinia*; laus, laudis, *alabanza*; tandem dixit, *por fin dijo*; desiderare, *echar de menos, desear*; cuncta, *todas las cosas*

Pavo, vocem suam cum cantu lusciniae compárans, accusabat Junonem malignitatis dictitabatque: «*cur me quoque, avem reginae deorum sacram ista lusciola laudibus superat?*» “Tandem Juno: “*quid, avis stultissima, desideras?*” *Quantum luscinia superat omnes aves cantu, tantum tu superas eas pulcritudine.*» Natura nunquam uni cuncta donavit.

a) **Quaestiones:** *Cujus rei pavo Junonem accusabat? – Quid pavo desiderabat? Qua re superat luscinia omnes aves, qua vero superat pavo? – Quid haec fabula doceat?*

b) **Scriptio:** *Ad imitationem pensi propositi haec scriptio in sermonem latinum reddatur:*

Un pavo real comparó el sonido de su voz con el de un ruiñeñor y lleno de ira (*ira incensus*) acusó a Juno de malignidad. «¿Por qué, decía, ha de ser de peor condición mi voz?» Juno le respondió (*responsum dare*): «Por qué te contrastas si es tan grande (*tantus, a, um*) tu hermosura?»

c) **Notanda:** *Accusabat malignitatis.* Verba accusandi saepe saepius in genit. raro in ablat. invenies. — *Lusciola:* diminutiva verba quandoque contemptum exprimunt. — *Superat cantu:* qualitates seu dotes tum corporis tum animi ablat. sim-

plex, h. e. sine praepositione ulla amant Romani.—*Uni cuncta*: anthitesis.
«Cuncta» quo verbo regatur et quod munus in oratione fungatur?—*Desiderabat*:
quid proprie desiderare sibi vult?

* * *

PRO ALUMNIS TERTII CURSUS


5. Memorabilia quaedam belli Hispanicí

a) Seré conductor de tanques.

Conductor de tanques, e, sedarius, ii; *ambulancia de sanidad*, vehiculum infirmorum; *hospital*, nosocomium, ii; *requeté*, miles traditionis; *enfermero*, valetudinarius, ii; *único medio*, via una; *cirujano*, chirurgus, i; *falto de sentido*, sensuum perceptione carere; *desgracia*, adversa fortuna; *entereza*, integritas, atis; *cortar*, caedere, amputare.

En una ambulancia de sanidad es llevado al Hospital el requeté Ramón Martínez Riezu. Médicos y enfermeros desesperan de curarle. El único medio de salvar la vida es cortarle la pierna. Los cirujanos comienzan la operación y cuando ya le creían falso de sentido se lamentaban entre sí de la desgracia del pobre muchacho, que tan heróicamente había luchado por la Patria. Pero entonces el valiente soldado, dando muestras de entereza y valor, les dice: «Por qué dudáis? Cortad, y cortad sin miedo, que yo no me he de quejar. He ofrecido a Dios todo mi cuerpo y él se ha contentado sólo con mi pierna. Aún puedo estar contento».

* * *



b) *Bastones o gayatas*, baculus seu adminiculum; *gobernador militar*, praefectus militum; *por Dios y por la Patria* pro aris et focis; *operación quirúrgica*, chirurgica secio; *conductor de carros de combate*, essedarius; *carro de combate o tanque*, essēda, ae y essēdum, i.

Paucis post diebus, ipse Raimundus baculorum seu adminiculorum ope procedens praefectum militum adit, cui ait: «Domine, pro aris et focis dimicans crus unum amisi, nunc vero, chirurgica sectione optime superata, ierum ad bellum paratus sum. Pedester aut equester miles esse nequeo, essedarius tamen esse possum; nam ut essedam regam ambobus cruribus non indigeo.

* * *

PRO ALUMNIS QUARTI CURSUS

6. De legione Romana

Clipeis (1) antea Romani usi sunt; dein, postquam stipendiarii (2) facili sunt, scuta pro clipeis fecerunt; et quod antea phalanges (3) similes Macedonicis, hoc postea manipulatum structa acies coepit esse: postremo in plures ordines instruebantur. Prima acies hastai (4) erant, manipuli quindecim, distantes inter se modicum spatiū. Manipulus levis vicenos milites aliam turbam scutatorum habebat; leves autem, qui, hastam tantum gaesaque gererent, vocabantur. Haec prima frons in acie florem juvenum puvescentium ad militiam habebat. Robustior inde aetas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen, hos sequebantur, scutati omnes, insignibus maxime armis (5). Hoc triginta manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia sub signis jam alii quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat; earum primam quamque pilum vocabant. Tribus ex vexillis constabat; vexillum centum octoginta sex homines erant. Primum vexillum triarios ducebat, veteranum

militem spectatae virtutis; secundum rorarios (6), minus roboris aetate factisque; tertium accensos (7), minimae fiduciae manum: eo ei in postremam aciem rejiciebantur.

Adnotaciones: (1) *Clypeus... scutum*: Clypeus, hoc est scutum quod milites sinistra gerezant tegendo ab ictibus corpori. Clypeus, differt a scuto materia et forma; quia scutum fuit ligneum, figura vero quadrata oblonga et curvata; clypeus rotundus et aereus. Aliquando tamen scriptores promiscue unum pro altero usurpant. — (2) *Stipendiarius*: h. e miles qui stipendium accipit, ut contat ex Vegetio: «stipendiarii milites sunt qui stipendia fecerunt, et opponuntur tyronibus (*De re milit. I. l. 18*) — (3) *phalanges*: phalanx in exercito Macedonum fuit agmen peditum fortissimum confitit ordinibus, quadrata acie aut cuneata: simile Romanae legioni, nisi quod in exercitu Macedonico unus tantum phalanx erat ex selectis militibus composita, robur totius aciei; in Romano plures erant legiones. Praeferea phalanx sexdecim milibus peditum fere constabat, ut ex Liv. I. 33, 4 deduci potest; legio vero Romana intra sex millium fere numeri semper stetit eosque in ordinibus, vexillis, manipulis distributos. — (4) *hastati*: qui hastam portabant. Hasta vero erat crassitlie unius digiti, longitudine tripedali cum mucrone novem digitorum, qui tenuissimus erat, ita ut felum remitti non posset. In legione Romana pedes hac ratione ordinabantur: prima acie hastati milites procedabant, media acie antepilani qui et principes vocabantur, potremus vero acie pilii, triarii seu veterani; demum rorarii et accensi sequebantur. — (5) *insignibus maxime armis* — armas extraordinariamente mejores. — (6) *rorarios*: rorarii id est velites, expediti, ferentarii, milites levis armaturae, qui priusquam acies congrederentur, fundis et lapidibus pugnae praeludebant: ita dicti a rore quia sicut ros pluviam praecedunt, ita hi aciem praecedeant et antequam justum et verum proelium inciperent, decertabant. — (7) *accensi*: sic dicti milites qui exercitum sequebantur, in mortuorum locum subrogandi; h. e. quos nos dicimus «reclutas o soldados de reserva».

7. Niño aún y héroe.

Emilio Lépido, siendo aún niño, salió a la guerra, mató al enemigo, y salvó la ciudad. Como testimonio (*index icis*) de una hazaña tan memorable hubo en el Capitolio una estatua con «bulla» (*bullatus, a, um*) y «pretexta» mandada poner por un decreto del Senado. Lépido se adelantó (*praecurrere*) a sus años y con su heroismo puso el fundamento (*stabilimentum*) de su celebridad (*nomen, inis*).

Cuando las armas enemigas (*infectus, a, um*), las espadas desenvainadas (*desstrictus, a, um*), el silbar de las balas (*discursus glandium*), el fragor de una carga de caballería (*equitatus adventantis*), el impetu arrollador de los ejércitos causan terror (*incutere terrorem*) aún a los pechos varoniles, Lépido, niño aún, obtuvo una doble victoria: la victoria de sí mismo y la victoria de sus enemigos. Por eso el joven Lépido fué digno de las mayores alabanzas.

PALAESTRICUS.

EPHEBORUM EXERCITATIONES

Scribendum quam diligentissime et quam plurimum.
(Quint. Inst. Orat. X. III. 2)

Labores Herculis mihi videmini pertulisse, ephippi carissimi, ut primos ramunculos ab Helicone decerplos in Palaestram aferretis. Multum revera sudastis; at frustra nequaquam.

Aderit fortasse Aristarchus nonnullus qui vestros jubeat reddere incidi labores, quod tamen nihil prohibet quominus spe meliorum proferantur in lucem opera vestra.

1. Tres Quaestiones.

Fridericus magnus Prusiorum rex iis, quos ad administrationem rerum suarum admittebat, has tres quaestiones proponebat: Quot annorum es? — Quandum jam armis assuescis? — Tibine datum set stipendum et vestis quam optabas?

Accidit igitur ut inter alios strenuus quidam adulescens admitteretur Linguae Germanicae ignarus. Praefectus militum edocuit ea quae respondere deberet cum rex, more solito, tres notissimas interrogations proposuerit.

Sed forte ordinem interrogationum rex inconsulto mutavit: — «Quam dudum, ait adulescentulo, armis assuescis?

— Annum unum et viginti.

— Ergo quot annos natus es?

— Unum tantum.

— Adulescentule; ergo aut ego aut tu mente labimur.

— Uterque mi rex.

Rex momento iratus est, sed postquam lapsus causam comperit, iram depositum et festive dixit: «Memoria minime utilis est ad omnia».

ALBERTUS ALONSO.
Alabonae litt. Latin. alumnus.

2. Virgini Matri.

Quis palam dignus celebret Mariam,
Numinis totum moderantis orbem
Filiam ac Matrem? Canet ipse Natus
Carmina Matri.

Pulchrior castis nitet alma Virgo
Liliis, caeli superat nitorem,
Pulcher ut phebus nitida atque luna
Clara refulget.

O Dei, Salve, Genitrix Maria,
Cujus ad plantas genuflexus adsto,
Fac pius semper placidusque vivam
Tutus ab hoste

JOSEPHUS BAGARIA C. M. F.
Pampelone, miles accensus.

CONLOQUIA IN SCHOLA

Dulce et decorum est pro patria mori!

Personae: Victor et Ludovicus, adulescentes in Universitate Caesaraugustana litterarum ac philosophiae cursum peragentes.

- L. Heus mi Victor! quid novi de Francisco fratre?
- V. Heri equidem ab eo litteras accepi, eumque inter tormentariæ copias, quae in cacuminibus "Somosierra" dictis prope Septempubicam consistunt, esse renuntiat.
Tanta vis frigoris, ait, ut vel cogitata mentis, non tantum corporis membra torpeant... Sed paulisper exspecta; adferam ipsas litteras, quas, nisi fallor, in chartario adservavi, easque, si tibi placuerit, libenter legam.
- L. Quidni?... Nec hoc erat quaerendum cum de fratre tuo agatur, qui a puero familiarissime tecum egit... Sed, o Franciscus misere! quam multi tolerandi sunt tibi labores! Vix possum non flere cum hoc tecum considero.
- V. Sed, age, carissime; non est quod hae res adeo te angant.
- L. Quidem: Sunt suae cuique animi indoles. Vos ignei, ut ita dicam, violenti ac paene furentes, majora quotidie facinora machinantes, ad bellum vehementer ducemini. Ego vero, quin habeam quod metuam, tamen... paludamento (1) minime donabor.... Immo videtur mihi fore ut, quo tempore ad nomen dandum militiae vocer, versus illos Tibullinos in mentem occurrant:
- Quis fuit horrendus primus qui protulit enses?
Quam ferus et vere ferreus Ille fuit
Tunc caedes hominum generi, tum praelia nata,
Tunc brevior dirae mortis aperta via est: (2)
- V. Nescio, mi Ludovice, quid in te potius succenseam, metum an ignaviam. Nam, etsi te semper pavidum et formidolosum novi, nunquam tamen ut nunc te coram ostendis... Sed, age; ea omittamus; de his enim postea amice agemus. Atque jam ad litteras Francisci veniamus, quae tuum pusillum, ita spero, aliquantulum levabunt animum. En tibi litteras fratris.
- "In collibus "Somosierra", die XV m. Januarii anno MCMXXXVIII. III Anno Triumph."

(1) *Paludamentum*, proprie sumitur pro veste militari imperatorum et ductorum exercitus, quae superunicam et armaturam induitur, aperta et ad dexterum umerum constricta.

(2) *Tib.* lib. I, 40.

Luis y Víctor, jóvenes estudiantes de la Universidad de Zaragoza.

- Luis. ¡Hola, Víctor! ¿qué has sabido de Paco?
- VICTOR. Ayer mismo recibí carta de él. Está de artillero en Somosierra cerca de Sepúlveda. Me dice que hace un frío que pasma no sólo los miembros sino también el pensamiento. Aguarda que me parece que llevo en el bolsillo la carta. Si quieres te la leeré.
- Luis. Pues ¡no faltaba más! Poco amigos que éramos Paco y yo. ¡Cuánto debe de sufrir el pobrecito! Cada vez que pienso en él me vienen ganas de llorar. No hay para tanto.
- VICTOR. Cierto, cada uno tiene su carácter. A vosotros todo fuego todo coraje, soñando en aventuras, la guerra os cautiva. A mí, no es que me espante, pero.. ¡Vamos! que no he nacido para general. Más aún: me parece que el día que llamen mi quinta me han de venir a la memoria aquellos versos de Tibullo:
«Quis fuit horrendus..»
- VICTOR. No sé querido Luis, si echarte en cara tu cobardía o tumeticulosidad, pues aunque siempre te he visto miedoso y espartadizo, nunca creí que lo fueras tanto como lo estás demostrando públicamente... Pero en fin: dejémonos de esto que ya hablaremos más tarde, Voy a leerte ya la carta de Paco, que sin duda te infundirá un poco de entusiasmo. Dice así la carta de mi hermano:

«Alturas de Somosierra, 15 de enero de 1938. III A. T.

Querido hermano: con tu carta de Navidad me llegaron las golosinas, las botellas de Coñac y las cajetillas de tabaco. Todo lo repartí entre mis compañeros, de suerte que el día de Reyes nos pudimos dar el lujo de un gran

Dilecte frater: Simul ac litteras, occasione Natalis Domini a te datas, accipi bellaria, (1) cognaci lagenas et optimi tabaci capsulas. Omnia inter collegas distribuere volui; et ita, die sollemini Regum, cum sodalibus epulari. Vix cogitares quam magna laetitia fuerit et gaudium,

Atque revera, in altissimis montiū vermicibus constituti, tabaci consumptione et "cognaci" ardore opus est ad frigoris cruditatem temperandam.

Ex omni fere parte nive interclusi sumus, nec in ipsis fossis omnino imunes sumus.

Hic et nunc, unus est nobis inimicus: nix. Nam fama fert, strenuis illis militibus "burris" animum defuisse ut in stationibus montium consistenter, iisque missis factis, ad aprica loca fugisse.

Magna vis frigoris est; tanta, ut vel cogitata, ut ita dicam, rigeant. Thermometrum ad gradum vigesimum descendisse ferunt. Semitas, quae ad vallem ducunt, cotidie vacuas facere necesse est atque a nive abstergere. Nihil praeter hoc facimus, quod tamen sufficit ut, agitatione et motu, artus nostri reficiantur ac temperentur.

Unde jam scis quaenam sint belli stipendia: labor, inopia, frigus, dolor. Sed his animus non frangitur; roboratur potius ac sublevatur: nam haec nobiscum cogitamus: "patientissime sustinere oportere quidquid patria jussit patiendum (2)".

Amicis et necessariis salutem dabis meo nomine.

FRANCISCUS".

L. Pro dolor, mi Francisce! Quam magna, infelix, pateris tu qui domi vitam omnino beatam ducebas, quique Cæsaugustae omnibus deliciis fruebaris! Nuc vero vitam miseram in altissimis collibus media hieme agere coactus es!

V. Iterum ad lamentationes, ignave? Tu ergo cum ad militiae conscribendum vocatus fueris, aut morbum excussatus mihi videris aut militiam detrectatus. Quod si ad castra progredi compulsus eris, vereor ne, præformidine e vita decedas, ubi primum sclopetum in tuis manibus videbis.

(1) *Bellaria, orum sunt cupidiarum omne genus. uti poma nuces, mala, cibi saccharo aut melle condita, aliaque hujusmodi fritamenta gulæ.*

(2) *Cfr. Pl. Crítón cap. 12-51 b.*

banquete. Apenas te podrás formar idea de lo bien que lo pasamos ese día. Y qué bien que va a estas alturas el calorcito del Coñac y el humo del tabaco!

Estamos casi completamente bloqueados por la nieve. Este es por ahora nuestro único enemigo pues, según dicen, los «valientes rojos» no han tenido pecho para continuar en sus posiciones de la Sierra y abandonándolas se han ido a sitios más abrigados.

Tenemos una temperatura que hiela el pensamiento. El termómetro dicen que marca -20°. La única ocupación de estos días es despejar los caminos que llevan al valle y limpiarlos de nieve. Con esta sola operación reaccionan y entran en calor nuestros atemidos miembros.

Con que ya sabes lo que es la guerra: trabajo, privación, frío, dolor. De todos modos no decae un punto nuestro ánimo con semejantes sufrimientos, antes bien se robustece y se agranda, porque pensamos que «todos cuantos sacrificios nos exija la patria debemos soportarlos con la máxima resignación».

Saluda de mi parte a los amigos y parentes.

Tu hermano,

FRANCISCO.»

Luis. *Pobre Paquito! ¡cuánto tiene que sufrir! Criado con tantos mimos aquí en Zaragoza y ahora en lo más crudo del invierno viviendo en las altas crestas de la sierra.*

Víctor. *¿Otra vez con lamentaciones cobarde? Me parece que el día que te llamen a filas o desertarás o fingirás alguna enfermedad. Y si forzosamente te has de presentar en el cuartel, me temo que vas a quedar muerto de miedo cuando veas en tus manos el fusil.*

Luis. *No exageres, amigo .. Pero vamos, ya te he dicho, Víctor, que yo no valgo para general.*

Víctor. *Ni tampoco para soldado.*

Luis. *Ciertamente, yo soy hombre pacífico y aborrezco la guerra: «Candida pax... (Ovid. Ars. Amat. III. v 502).*

- L. Ne quid nimis... Sed eja, Victor; jam semel dixi me paludamentum nequam accepturum esse.
- V. Nec armillan (1) quamdam.
- L. Ego revera a bello abhorreo, cum homo sim pacificus:
“*Candida pax homines, trux decet dira feras*”.
- V. Set ut nunc se res habet, bellum una via est ad pacem. Non enim immerito dictum est: “*paritur pax bello*”.
- L. Sit... At ego desiderio matris, sororum, cursus litterarum iam optimis auspiciis incoepiti, spe secundae fortunae....
- V. Ergo si vis matri et sororibus consulere, si cursum feliciter coronare vis et secundam fortunam consequi, “*alea jacta est*”: pyrobolum et balistam cape et in castra progredere ad extirpandam communistarum turbam, semen ac stirpem malorum omnium.
- L. Nimium a me petis, amice.
- V. Fac ergo quod tibi lubeat. De me vero hoc tibi renuntiare possum: irrevocabile consilium inivi. Militiam quantotius capessam. Cras igitur si fieri possit ad bellum proficiscar, sin autem perindie.
- L. Absit hoc a me. Dum ad aetatem militarem nondum pervenerim manebo domi.
- V. Et, cum ad aetatem militarem perverneris, quid tunc? Nonne gravia onera militum subterfugies ut postremae aciei munera fungaris?
- L. Si tempus erit, experimentum capiam; quidni? Non immerito praefecti familiaritate ac consuetudine parentes mei utuntur.
- V. O callide et ignave miles, ad omnia paratus praeter ad pugnam cum hoste.
- L. Non ita dixi: tamen est “*omnium terribilium terribilissima mors*”
- V. Sed tu nunquam audisti, “*nihil dulcius esse. nihil magis decorum quam pro patria mori*”
- VICTOR. *Pues amigo, hoy por hoy, no hay otro remedio: no hay más camino para la paz que la guerra.*
- Luis. *Bien ..., pero y mi pobre madre .. y mis hermanos..., y mi carrera comenzada con tanta brillantez .. y mi porvenir...*
- VICTOR. *Pues siquieres mirar por tu madre, por tus hermanos; siquieres acabar felizmente tu carrera, siquieres asegurar tu porvenir, «la suerte está echada»: coge un fusil y una pistola y marcha al frente a extirpar esa plaga de comunistas, germen y semilla de todos los males.*
- Luis. *Amigo, eso es demasiado pedir.*
- VICTOR. *Haz, pues, lo quequieras. De mí puedo decirte que ya he tomado mi resolución irrevocable. Me voy soldado cuanto antes: mañana mismo, si es posible, y si no pasado mañana.*
- Luis. *¡Qué disparate!... Yo, hasta que no llamen mi quinta, aquí estaré, en mi casita.*
- VICTOR. *Y cuando llamen tu quinta ¿qué? ¿Te enchufarás en alguna oficina, eh?*
- Luis. *Si hay tiempo para ello, lo intentaré; no faltaba más! Para algo somos amigos y parientes del coronel de la plaza!*
- VICTOR. *¡Valiente soldado, dispuesto a todo menos a luchar con el enemigo!*
- Luis. *No lo decía por eso, pero es que «la muerte es lo más terrible de todo.»*
- VICTOR. *Y ¿acaso no has oido tú nunca que «no hay cosa más gloriosa que morir por la patria?»*

J. M. JIMENEZ DELGADO, C. M. F.

(cfr. Hor. Carm. III 2. ver. 18.

(1) *Armilla et phalera praemia erant quibus milites donabantur.*




in Latinum transla-
ta a R. P. Ludovico
M A R C O S
C. M. F.
Villae Rosarii in
Argentina litt. Lat.
Professore

**Seria ludo nectentes, hanc lepidam exordimur
fabellam, plurimis adumbratam imaginibus, quae
palaestritis nostris, ni fallimur, erit in deliciis.**

I

In vico «Pedrola» appellato vitam agebat felicissimam pharmacopola Titus, cui Rogelius in gerendo munere inserviebat. Dum Titus de more venatum pergit, Rogelius, cui creditur interim pharmacopolii cura, foribus innixus, gradientem herum incessu vere regali prospicit; faustumque redditum simulus adprecatur utrique nasuto, «Melampo» cani, scilicet, et venatori «Tito».



II


Haeccine venandi ratio?— forsai quis interroget.— Neque aliam noverat Titus noster. Namque vicinum ut primum locum accedebat, submoto sclopetio, nuntios de magno bello Hispanico avide perlegebant, sub umbra sedens arborum. Itaque tempore redeundi, domum beatus petebat, quin menti venationis imago subiret, compos voti factus.



III

Quadam vero die, dum impensis lectioni ephemeridum incumberet, timore subito corripitur. Ab aetheria plaga fragor insolens intonuerat, Jove minime tonante: caeruleum namque sudum affulgebat.

(Sequetur)



BIBLIOGRAPHIA

A. ESPINOSA POLIT: «**La Pastoral Virgiliana de Whicher**». Quito, Edi. Ecuatoriana, 1937.

Eclogam Vergilianam, quam, anno bis millesimo a Vergili nativitate recurrente humanissimus vir Georgius Meason Whicher anglicis versibus mire concinerat, eamdem postea clarus P. Espinosa Polit in latinos et hispanos versus transferre curavit. Quae cum Cervariam missa esset ut in Palaestra ederetur digna fuit quae a Jovaeo moderatore suavissimo magnis prosequeretur laudibus.

Interim expugnata Palaestra et eversa, Jovaeo iniquissime interempto, civili bello in Hispania oborto omnium fere spes aufugerat hoc Litterarum Latinarum praecolum renovandi.

Quapropter actuosus ille P. Aurelius Espinosa typis mandare statuit hoc opusculum, quod R. P. Emmanueli Jove C. M. F. litterarum fautori, missionario Christi martyri inscripsit.

In ipso, post opportunam praefationem, Georgii Meason Whicher eclogam Vergilianam invenies, in qua Menas et Demon pastores, amoebéo laudant carmine Miconem. Vergilium scilicet, ejusque ab agro Mantuano discessum deplorant.

Ecloga anglice, latine, et hispanice proponitur. Clmo P. Espinosa ex animo gratulamur tum peritia tum humanitate.

J. M. JIMENEZ, C. M. F.

A. PRUDENTII: «**Carmina Selecta**». Edición escolar preparada y anotada por el R. P. E. MARTIJA ALFARO C. M. F. Edit. Conculta. 1936. Pág. 120.

Henricus Martija, sodalis carissimus, praestantissima lucubratione «de Horatii in Prudentio vestigiis» in Palaestra Latina (n. 48, pag. 56-62) edita, ad finem haec verba faciebat: «Ut Horatius Christianus Prudentius videlicet, ad aulas Hispanas a quibus tam injuste exulat cum honore quem in aureis saeculis habuit revertatur».

Ipse vero aliquo tempore post, quod desideraverat perfecti, opus confiendo cui titulus «A. Prudentii Carmina Selecta», in quo carmina tam recte selecta sunt ita congruentiter disposita, praefationibus et notulis adeo luculenter adumbrata, ut ne dicam scholasticis, sed ipsis magistris perutilia esse possint.

Ceterum Prudentius nonne ultro satisque ex sese commendatur tum poetico numine, tum metrorum varietate et copia, tum pulchra et nitida dictione, tum origine Hispana fideque Christiana? Quid ergo? Ethnicios tantum auctores clasicos vocari oportebit? Nonne et Christianos scriptores cum paganis certare licebit? Ille magnus Lud. Vives de Prudentio praecipue cogitabat cum in «Epist. de ratione studii puerilis» scriptum reliquit: «Sunt et Christiani poetae quos jucundum fructuosumque erit legere, qui multis in locis possint cum quovis veterum certare elegantia carminis dico nam rebus tanto sunt superiores quantum bona malis praestant, humanis divina».

Nihil de ratione operis afferam. Generali de Prudentiana poesi praefationi, prologus praemittitur a cl. in Instituto «Balmes» Barcinone professore Eustachio Echauri amico carissimo scriptus. In eo auctorem laudat poetam Latinum eximum et «Palaestram Latinam» commentarium inter pares praestantissimum, esse affirmat.

Jam vero quid auctori, quid Prudentiano operi contigerit quod revera e prelis predibat cum communistarum perturbatio vix oborta erat nescimus. Exemplar quoddam operis nunc prae manibus habeo, quod forte a generali ruina resistit immune. Cetera omnia, quis dubitat quin ab iis hominibus eversa et extincta sunt, qui feritate incredibili perdere et comburere nituntur quidquid litteras artes, altaria redoleat?

J. M. JIMENEZ DELGADO, C. M. F.

CAPELLANUS - LAMER: «**Guía de conversación latina**». Versión de la 11.^a edición alemana adaptada a los países de habla española, por el R. P. JOSE M. JIMENEZ C.

M. F., con un prólogo del P. M. JOVE, Director de «Palaestra Latina». -- Gustavo Gili, Edi. Barcelona, 1936. Pág. 144.

En tibi, lector humanissime, novam Latini Sermonis addiscendi methodum, non quidem complicata regularum veste, sed exemplorum ornatu venustam.

Merito «ductricis» nomine insignitur opella quippe quae, licet tenuis, aureum tamen vertitur in filum quod latinitatis alumnos in remotiorem ejusmodi Labyrinthi locum tot occursibus et ambagibus implicatum tutos ducat arte summa eaque facillima.

Huic fere operi difficultora linguae Latinae, incredibili gaudio, phrasibus, proverbii aliisque dicendi modis qui omnes vitae campos percurrent, breviter reperies esse contenta.

Jam vero clarissimus ille in rebus Latinis magister et Palacstrae Moderator operoso P. Josepho Jiménez in proemio gratulabatur ob meritissimum laborem, quem litterarum Latinarum cupidis, non solum praceptoribus, verum maxime discipulis, utilitate fore aperte confitetur.

ANDREAS ARGENTORATUS, C. M. F.
H. BORNEQUE ET GUSTAVE LE-GROS: «La Classe en Latin» avec 20 gravures, cartes et plans. 10 Ed. 1936. Libr. Delagrave. Paris.

Hic parvus liber magna et plurima continet ad communem Latinae Linguae usum. Finis quem sibi proposuit auctor hic est ut eo ipso tempore quo fores, Latinitatis ephebis primum panduntur jam latine loqui incipient. Quapropter in hoc opere tradit elementa ad conloquia Latina instituenda, ut puta, vocabula, phrases quae communiter occurrent, proverbia interrogaciones frequentiores et responsa plurium generum argumentorum. Tabulis et imagunculis ornantur pagellae.

FELIX GAFFIOT: «Dictionnaire illustrée Latin-Français». Libr. Hachatta. Paris.

Auctor hujus novi Latini Lexici, opus magnum conatus est ac opus perfectum haud parvae molis et ponderis. Constat enim plus 1700 pagellarum triplici columna dispositarum. Praecipuorum lexicographiae Latinae auctorum vestigia prosecutus Freund videlicet, Forcellini, Georges, Lewis-

Short Ernout-Meillet etc. Felix noster vocabula ab origine linguac Latinae novitate quadam proponit et exemplis classicae Latinitatis, a Plauto nempe usque ad Terentium singula illustrare curat. Singulae verborum acceptiones et sensus sicut et verborum variae constructiones selectis et classicis citationibus roborantur; unde facilis fit comprobatio in ipsis auctoribus. Prosodica quoque syllabarum quantitas apprime notatur. Sed in hoc maxime inter cetera praestat Felicis Lexicon, quod plurimis figuris et chartis geographicis colluceat: hac ratione et oculi delestantur et propria verborum significatio vivide percipitur, quod in lexicis Latinis nondum usitatum videram. Ergo dignissimum sane opus, quod omnibus Latinitatis praceptoribus et alumnis emolumēto fore putamus.

MARCEL HERVIER: «Deux cents versions Latines». Libr. Delagrave. Paris.

Momentum hujus operis non ex illustrationibus vel commentariis sed ex recta frustorum selectione eorumque apta distributione emanat. Continet enim narrationes, descriptiones orationes, litteras, philosophicas et rhetoricas versiones; demum in ultima parte notitias Latinorum auctorum notabilium ex eorumdem scriptis desumptas et ordinate traditas; quod praecipuum in opere est.

A. SANZ, C. M. F.

**JESUS PINILLA, C. M. F., Litt.
Lat. Prof. emeritus:**

«Mirificam tuam indesinenter, statutis temporibus, «Palaestram Latinam» recipio. Pergratum mihi est exiguo quo licet tempore uti ad hujus generis oblectamenta, illius folia volvere, perlustrare; oculique animusque quidquam ibi semper quo summe delectentur inveniunt.»

F. REBELO GONÇALVES in Universitate Ulyssiponensi Prof.

«Admirei a obra notável de cultura qua Va. Excia. e os seus ilustres colegas tem raelizado com a publicação dum jornal, tao erudito. Terei no próximo ano scolar a satisfaçao de fazer nas minhas aulas da Facultade de Letras a propaganda que ela merece.»

VIGINIUS NAVARRO in commentario Matritensi «Ilustración del Clero.»

«Ha visto la luz pública con el título de «Palaestra Latina», una nueva revista, cuyo fin es promover por todos los medios posibles el estudio de la lengua del Lacio... Aplaudimos con ambas manos su publicación; sus orientaciones y sus planes merecen toda nuestra simpatía. Desde este momento tanto los Profesores como los alumnos de latín tienen su órgano, tienen su palestra, pues para ellos se ha publicado «Palaestra Latina.»

RAPHAEL SANTARELLI, cives Romanus «Pal. Lat.» Moderatori s. d.:

«Accepi animo perlibenti commentarii exemplar, quod mihi remittere voluisti, ideoque grates tibi debitas persolvens et Tibi gratulor et mihi gaudeo cum animadvertere queam quantum operis ad Latini sermonis incrementum per te conferatur.»

J. ALOSIUS SAMPERE, S. J. Chavetoniae in Belgio Litt. Lat. Profesor:

«Singulari Dei providentia ad manus meas pervenit pulcherrima ephemoris Latina quae «Palaestra Latina» audit. Quotiens ipse, qui plurimos annos in instituenda juventute collocavi, volui adgredi opus simile huic, quod splendide ac naviter hodierna die a te vidi absolutum. Nam paucis foliis rem grammaticam egregie depingit atque odorem quemdam antiquitatis classicae spirat. Qua perspicuitate, quo splendore, qua varietate, ac verborum aptissimorum abundantia omnia sunt perpolita.»

HENRICUS BERTHAUT, Lutetiae Parisiorum in collegio Stanislai Prof.:

«Liceat mihi hac uti occasione ut vos faciam certiores, quanto cum oblectamento, quotiescumque huc advenit menstruus vester commentarius a me et a collegis legatur, vobisque ut gratuler quod tam gnave de Latina lingua mereamini.»

DOCUMENTUM AUSPICATUM

Dal Vaticano, 7 febbraio 1935.

Secretaria di Stato de sua Santità
Núm. 141333

Revmo. Padre,

L'Augusto Pontifice he accolto con animo compiacente l'annata 1934 di «Palaestra Latina» che la P. V. Rev.ma. Gli ha umiliato... Con animo grato per la dimostrazione di fiiiale pietà che Gli viene offerta de questo devoto omaggio; con animo compiacente per i buoni servigi che tale Rivista rende alla lingua di Roma e della Chiesa.—*E. Card. PACELLI.*



Scholaris de Latinitate Commentarius

Cervariae Lacetanorum in Hispania
conditus atque nunc Missionariorum
Claretianorum opera et consilio Cae-
saraugustae alternis mensibus editus.

LECTOR HUMANISSIME!

Nostine commentarium «PALAESTRA LATINA», ubique terrarum, sed maxime in Hispania et in America, Latinitatis paeconium?

Hic ergo praeclarus commentarius nunc denuo reviviscit.

Communistarum turba vetustissimam illam universitatem Cervariensem, ubi «PALAESTRAE LATINAE» sedes erat, expugnaverunt. Domus tota expilata, nudata, direpta, depopulata est; quidquid in ea sacrum erat, ignibus mandatum; volumina plus viginti milia simul ac documenta flammis extincta; pii ac mites incolae vexati ac dissociati, qui postea per agros et colles quaesiti ac demum reperti crudeliter et impie interfici sunt.

Suavissimus et humanissimus *P. Emmanuel Jové C. M. F.* «PALAESTRAE LATINAE» moderator egregius, quindecim stipatus scholasticis, suppliciis forti animo superatis, aperta et dilucida de christiana fide testimonia dedit et martyrii palmam adeptus est.

Ceteri «PALAESTRAE LATINAE» conscriptores, ab humano commercio prorsus segregati, per latebras et cavernas vitam errantem agebamus magnis sollicitudinibus et angustiis plenam. Sed Deo placuit, ut post longam et laboriosam navigationem ad portum salutis tandem pervenire possimus. Nunc vero cum communistarum ruinas et vastationes diutius contemplari nequeamus, «PALAESTRAM LATINAM» iterum edere statuimus.

Igitur «PALAESTRA LATINA» reviviscit erique ut semper fuit *Latinæ linguae nutrix et magistra, spectatus animi hospes, in otio socia dulcissima.*

* * *

Praeceptor illustris, studiose in seminario seu in lyceo alumne, vir doctrina atque optimis artibus recte erudite, lector humanissime quicumque sis,

si jam in subnotatorum numero adscriptus eras, manifestaria tua ad actuariam (dirección) quanto- cius mittas: schedulæ enim perierunt easque refi- cere opus est;

si vero inter subnotatores nondum recensebaris, fac ut cito citius hoc flat; hujus enim rei numquam te paenitebit.

SUBNOTATIONIS PRETUM

Pretium subnotationis annuae solutione antelata erit

6 pesetarum, in Hispania et Lusitania.	
7 » in America et Philippinis	
	Insulis.
8 » in reliquis Civitatibus.	

NUNTIORUM PRETUM

Per annum

Pagina integra.	100 pes.
Paginae dimidium	55 >
» quadrans (1/4)	30 >
» octava (1/8)	20 >

ACTUARIAE MANIFESTARIA

PALAEASTRA LATINA

ALAGÓN (ZARAGOZA) - ESPAÑA